



## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Alberti Doctoris Magni ex Ordine Prædicatorum  
Episcopi Ratisponensis De Adhærendo Deo Libellvs**

**Johannes <de Castello>  
Albertus <Magnus>**

**Antverpiae, 1621**

Cap. XXIII. De eiusdem admonitione vt frequenter & sapienter laudemus  
beatam Virginem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44148**

*fidem firmam, sermonem convenientem,  
qui me audientibus det gratiam; scilicet  
sermonem qui sit ad fidei confirmationem,  
ad Ecclesiae edificationem, & ad gloriam  
nominis Filii tui Domini nostri Iesu Chri-  
sti, ad perpetuam laudem & predicationem  
misericordia tua, que in tam indi-  
gnum peccatorem miseris cordia tuae donec  
conferre non cessas, & proferendo per lin-  
guam potentiae tuae miracula non desinis  
operari. hæc Albertus in sua Oratione  
præfata.*

## CAPUT XXIII.

*De eiusdem admonitione ut frequen-  
ter & sapienter laudemus beatam  
Virginem.*

**E**t quia gratiōsē dotatus est venera-  
bilis Albertus gratia & scientia per  
beatissimam Virginem Mariam, meritò  
eamdem frequentius laudare quam ce-  
teri Doctores debuit, sicut dicta ipsius  
& scripta commendant. Sed dubium  
non est, quin etiam Virginis virtutes,  
quæ sunt, humilitas, castitas, pudicitia,  
mansuetudo, charitas, & omnis disci-

I plinæ

plinæ pulchritudo , vir iste beatus singulariter habuisse credendus est : & ipsam non tantum morum venustate in conuersatione arbitramur continuè subsecutum, sed & obsequia alia deuotionis & assiduæ salutationis illi exhibuisse, fide certa tenemus; maximè cùm nostram pigritiam increpando ad imitandum vitam venerabilis Dei Genitricis nos hortatur , atque ut eamdem oscularemur deuotè frequentissimè salutando, tota diligentia curat admovere : ait namque in Postilla inter multa alia sic :

*Maria autem in conclavi sine  
ve fit conclave Verbi, & thalamus sponsi  
æterni, vestibulum Filij Dei, Regis summi,  
& triclinium totius Trinitatis, & Fabri-  
catoris mundi fabrica. Salutemus ergo eam  
frequenter & sapienter. Frequenter, ut nec  
à corde nec ab ore recedat , sicut suadet*

*Isaiæ 23.*

*Isaias: Benè cane, frequenta canticum, ut  
memoria tui sit. Frequenter, ut in omni  
deuotione salutemus, ne forte dicat nobis:  
Matth. 15. Hic populus labiis me honorat, cor autem  
eorum longè est à me, sine causa colunt me.  
Sapienter autem , ut salutans salutata  
congruat, & salutatio concordet intentio-  
ni: qualiter enim aut luxuriosus virgi-  
nem,*

nem, aut superbus humilem, aut maledi-  
ctus benedictam salutare præsumit? hæc  
Albertus in Postilla. Ex quibus verbis  
redarguuntur quidam animales, qui  
modum orandi impugnant, quo bea-  
tam Virginem salutare consueuimus  
per Rosarium quod continet quinqua-  
genarium numerum Angelicæ saluta-  
tionis, cùm hic magnificus Doctor do-  
cet & persuadet frequentare Canticum  
illud dulcissimum. Et quantum iudicio  
humano permittitur, suspicari possu-  
mus, & valdè probabiliter dicere, ve-  
nerabilem Albertum Rosarium legisse,  
præsertim cùm suo tempore in usu  
fuit hominum ille modus salutandi: ita  
ut Frater Thomas Brabantinus, Au-  
tor Libri Apum, Alberti discipulus,  
miracula de eodem Rosario describit;  
& quod discipulus miraculis confir-  
mat ut fidem adstruat, hoc Magister, ne  
ab ore salutatio recedat, dum admonet,  
auctoritate roborat.